

terrarum principes ab omnibus timebitur, et exaltabunt nimum nomen eius. Prefinito autem XII annorum spacio¹ surget aquila² habens rostrum fortissimum et alas magnas et sibilabit; post ea multitudo magna et fortis³ facient inquisitionem de regno; et dabitur [sibi⁴] gallina orientalis c. o. et a⁵, que sibilabit cum pullis suis, et aquile iniuriam sibi factam indicent; tunc tanta et talis erit occisio et strages sanguinis, quanta et qualis non fuit ab inicio mundi, ex quo gentes⁶ esse ceperunt. Philozophia^{*}.⁷ devastabitur, et turris⁸ destruetur; et tunc leo vincetur, nec sponsus⁹ sibi proficiet, sed in exilium fugiet¹⁰ nec invenietur; leo iterum exurget, pugnabit quantum¹¹ poterit et interficietur¹²; tunc erit mors ultra et imperpetuum; tunc sponsa adulterabitur et duos sponso^{**} habebit, sed unus

omnibus timebitur et exaltabitur nomen eius. Prefinito vero termino surget aquila habens rostrum fortius et alas magnas et sibilabit. Tunc aggregabit aquile¹³ in unum et sibilabit, et post multitudo magna faciet inquisitionem de Trinacli regno. Et una gallina orientalis sibi dabitur cum o. a., que sibilabit, et suis pullis et aquile iniuriam sibi factam dicet. Tunc aquila cum suis partibus contra leonem veniet cum armata¹⁴ manu¹⁵ forti. Tunc erit tanta cesio et strages sanguinis, qualis non fuit a principio mundi, ex quo gygantes fuerunt, usque tunc. Tunc leo pugnabit cum suo agmine, tunc avaricia discooperietur, tunc flos ex toto desiccabitur, et tunc bos cornua amittet et interficietur. Philosophya et turris devastabitur. Tunc leo devincetur, nec sibi sponsus proficiet, sed in exilium

*) Gl. superscr.: 'id est Athene'.

**) Gl. superscr.: 'id est papas'.

1) Wenn man von der Wahl Gregors X. ab rechnet, vergingen 11 Jahre bis zur Landung Peters von Arragonien in Sizilien (1282 Aug. 31). 2) Peter III. von Arragonien als Erbe der Staufer. 3) 'et' folgt in der Hs. 4) 'sibi' fehlt Hs. 5) Constanze, die Tochter Manfreds, Gemahlin Peters von Arragonien. Vielleicht ist für 'c.' mit Sal. 'cum' zu lesen. 6) Die Lesart bei Sal. 'gygantes' wird durch die Prophetie des Theolosphorus-Druckes (SS. XXXII, 545, N. 6) geschützt. 7) Wohl Bologna. 8) Wohl das Mailänder Geschlecht de la Torre, das 1277 aus Mailand vertrieben wurde. 9) Der Papst Martin IV. 10) Karl I., der noch 1282 nach der Provence und Frankreich ging. 11) 'q' Hs. 12) Karl I. starb 1285 Jan. 7. 13) So Sal. Da die Worte 'Tunc — sibilabit' in dem andern Texte fehlen, ist auch jetzt noch nicht klar, wie zu emendieren ist. 14) 'arma' von Sal. in 'armata' korrigiert. 15) 'manu' von Sal. mit anderer Tinte am Rande ergänzt.